

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 19: De temptatione dyaboli (23)

Ambrosius:

Semper pugna est in corpore mortis huius,
quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus.

Vitium utique est quod parvulum habilem concupiscibilem facit,
adultum autem concupiscentem reddit.

Sicut enim in oculo ceci vitium cecitatis est,
sed non aparet, nec discernitur inter videntem et cecum,
nisi luce veniente, sic in puero vitium esse non aparet,
donec etatis provectionis occurrat.

Semper pugna est in corpore mortis huius,
quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus,
finiri non potest quamdiu vivimus;
quotidie minui potest, finiri non potest.

Quae autem est concupiscentia cum qua nati sumus?

Vitium utique est quod parvulum habilem concupiscere facit,
adultum etiam concupiscentem reddit.

Sicut enim in oculo caeci, in nocte vitium caecitatis est,
sed non aparet, nec discernitur inter videntem et caecum,
nisi luce veniente; sic in puero vitium esse non aparet,
donec aetatis provectionis tempus occurrat.

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 2.30.9.1-2
(*Spicilegium Bonaventurianum*, editio tertia, pp.500-1,
ll.17, 1-9).

Ergo semper pugnandum est,
quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus,
finiri non potest, quamdiu uiuimus.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 151.5
(CCSL 41Ba, C. Lambot ed., p.21, ll.113-115).